

IV.

Om Reformationens Gennemførelse i Danmark.

(Af et utrykt Skrift af Dr. Erasmus Lætus.)

Følgende Uddrag af et utrykt og maaske nu forsvundet Skrift af den bekjendte Erasmus Lætus eller Rasmus Glad (i sin Tid Professor i Theologien ved Københavns Universitet) er gjort af Gram og opbevares i det kgl. Bibl. (Ny kgl. Saml. 1135. 4). Skriftets nærmeste Foranledning var Prinds Christians (IV) Fødsel og Daab, men forøvrigt synes det at have givet en Udsigt over den danske Historie ¹⁾. Det her meddelte Udtog indeholder adskillige neppe hidtil bekjendte Enkeltheder, der vise hvor dybt Papismen var indgroet i Folket, og hvor længe det varede, inden man fik Bugt med Levningerne af den. Men tillige indeholder f. Ex. Beretningen om Bortskaffelsen af alle Billeder og andre Levninger fra Middelalderen i Roskilde Domkirke et, idetmindste for vor Tid, ikke meget lysteligt Træk til Oplysning om den skaanselløse Fremfærd, der i Tidsalderen efter Reformationen vistes mod alle kirkelige Gjenstande, der kunde minde om den forsvundne Tid og dens Tænkemaade. — I det samme lille Manuskriptbind, hvori dette Udtog findes, har Gram ogsaa afskrevet nogle faa kronologiske Notitser henhørende til den danske Kirkehistorie, som medtages her, da de sikkert ogsaa ere af Er. Lætus. Endelig findes der sammesteds, ligeledes med Grams Haand, afskrevet et lille latinsk Mindeskrift over K. Christian III. Man skulde ved første Blik antage, at

¹⁾ Dette Skrift omtales oftere i Stephanii Breve til Ol. Worm (Wormii Epist. I, 277. 280—81). Stephanus roser Skriftet meget og ønsker det udgivet af Worm med Udeladelse af Fortalerne og nogle overflødige Digressioner. I dette Skrift fandtes første Gang Sagnet optegnet om Havfruen, der skulde have forudsagt Christian IV.s Fødsel.

det var et Stykke af den Tale, som Er. Lætus holdt i Odense ved Kongens Ligbegjængelse (fortsat med nogle Bemærkninger om Christiern II.s Død og det første Aar af Frederik II.s Regjering), om hvilken Gram selv siger i Fortalen til Cragii Annales (p. 112): »Jeg tvivler meget paa, at Glads Tale nogensinde har set Lyset, og jeg er nysgjerrig efter at vide, hvorfor denne Forfatter, der ellers ingenlunde var sparsom eller tilbageholden i at meddele Frugterne af sin Skrivelyst, har holdt denne tilbage«. Ved nøjere Eftersyn vil man imidlertid finde det allermeste af dette lille Skrift ordret i Dr. Jak. Bordings Ligtale over Kongen¹⁾, fra-regnet den ovennævnte Fortsættelse om Christiern II og Frederik II. Hvorledes det derfor egentlig forholder sig med dette Stykke, skal jeg lade uafgjort, jeg har kun for Fuldstændighedens Skyld villet omtale det, da Gram har afskrevet det i Forbindelse med det Udtog af Er. Lætus, som her meddeles.

*Ex Erasmi Læti Historia Nativitatis et baptismationis
Principis Christiani filii Friderici II anno 1577 scripta
et adhuc inedita.*

Ex. lib. IV s. ultimo, ubi agit de statu Religionis in Dania.

Interea in hoc nostrum Daniæ regnum progressus Christus est: primusque accessus sub Christiano II factus, et Regem ipsum statim et aliquot præcipuos una proceres salutaris fidei justitiæque ac bonæ conscientiæ usu et possessione imbuunt Eo in numero fuere Magnus Gøye de Krenckerup, Ericus Bannerus de Asdal, Absalon Brahe de Krogholm, Canutus Rud de Møglekier, milites, virique ob virtutis laudem incomparabiles: quorum auxilio consilioque et opera doctrinæ Evangelicæ semina apud nos in initio jacta et confirmata in uberem salutis messem egregie succreverunt.

¹⁾ Trykt i Grams Udg. af Cragii Ann. p. 419—34.

Et postea de Christiæni III solenni reformatione loquens:

Evangelii doctrina invaluit magnopereque propagata est. Non enim publicis tantum templis locisque augustioribus magis magisque inferri cœpta est. In ipsa protinus Monachorum penetravit claustra, genusque vitæ istud, ut prorsus inutile indignumque bonis, ita prophanitate summoque superstitionis malo hisce potissimum seculis contaminatum esse demonstravit: perculsi initio Monachorum animi aures arrexere. Mox percepta instituti vanitate, cum inter hos quidam elegantissime doctrinarum studiis in omnibus pene Cenobiis exculi essent, libertatisque Christianæ dulcedinem ex illato Evangelii lumine degustavissent, jugum vero ac servitutem, quam nullo neque commodo Reipublicæ neque grato cœlis ministerio pertulerant, tum demum pia sinceraque verbi Dei explicatione intellexissent, pudere ipsos oscitantæ suæ et stolidæ cæcitatæ cœpit. Inde igitur aperta sunt Monasteria, aliquotque millia Monachorum tamquam e servitutis cavea agminatim evolaverunt, seque Christo duce imperatoreque vindicarunt in libertatem. Ex his alii aliud consecrati sunt; quidam agros colere, quidam piscari, multi opificia exercere, alii ministeriis vel aularum vel oppidorum sese accommodare. Qui doctrina eruditionisque præstabant laude, publice Evangelii docendi munus Principum auctoritate consecuti sunt.

Postea, post enarratum Superintendentium institutionem, et progressus ab ipsis factos in eradicanda ex animis populi superstitione etc.:

Sed ne sic quidem fieri tamen potuit, ut omnis impietatis forma, semina prophanitatis omnia et superstitiosus multarum rerum usus actutum tolleretur. Ut enim vulgo facile persuasum est, ut manifestam puramque hanc fidei ac salutis doctrinam sine molestia acceptaret: ita Collegiis quibusdam inerat pertinacia nihilque se Canonicorum quidam cœtus movendos esse existimarunt. Hafnienses, cum interdictum sibi publicæ superstitionis usum viderent, privatum consecrati sunt. Itaque in ædibus clam frequenterque convenire, idque nocturnis maxime temporibus, ne quid

proderetur impietas: isticque missas pro more suo accensis luminibus celebrare. In deprehensos nihil gravius Rex discerni voluit: At deducta res postea est in disputationem publicam: convictisque imperatum, ut Confessioni Augustanæ ac thesibus subscriberent, quas tum Palladius et Johannes Machabæus amœnissimi profecto, Olao Chrysostomo ac Johanne Synningio pro Doctorum gradu ex veteri Academiæ consuetudine respondentibus, scripto comprehensas intulerunt in colloquium. Cui tum Rex ipse interfuit: actionemque præsentia atque auctoritate, ne quid vel tumultus existeret vel acerbæ insulsæve collationis esset, in Amplissimi Senatus Regni Scholæque totius consensu, egregie gubernabat. Idem congressus persuasit et Lundensibus, ut Pontificiæ superstitionis magnitudinem in posterum relaxarint, seque recte informati verbumque Dei ex illato puritatis lumine approbantibus, jungendos, arbitrati sint. Nam ad reliquos quod attinet, omnium primi doctrinam, Lutheri Melanchtonisque beneficio ac studiis repurgatam, admittere ac comprobare Arhusienses: quibus res pontificia ipso statim initio prædicati per Tausanum Evangelii suspecta haberi cœpta est. Rem hanc Andreas Lætus avunculus noster, Torchillus Abeldgardius et Nicolaus Molsingius, viri profecto eximii, strenue adjuvarunt. Hos Ripenses Viburgensesque imitati, mature idolatriam aversabantur. Quæ post acciderunt hoc quidem in loco commemorari minime necesse est.

Postea in Friderici II cura religionis describenda hæc habet:

E majoribus Civitatum præcipuarum templis ejecta jampridem idola erant, et in his ea equidem maxime, quibus a misera fascinataque præstigiis plebe cultus aliquis deferrebatur. Nam quibus pravæ nihil aut superstitosæ opinionis adjunctum erat, hæseri diutius loco, quæ paulatim tamen revulsa, projectaque foras, libera næniis suis Tempa sacro puroque verbi Dei ministerio tandem reliquerunt; solis Roschildensibus inerat ista diutius perferendi fiducia, cumque admoniti sæpius, ista tamen dejiçendi laborem

conatumque differrent, Rex ipse constituta inter se vicinorque pace ¹⁾), monstra illa omnia ac deploranda idolatriæ ac superstitionis argumenta illico auferri, templumque majus, quod Lucio cuidam Romano, oblitterata veteri Trinitatis appellatione, nescio quorum hominum stultitiis dedicatum fuit, a fœda ista atque inconcinna Pontificiæ persuasionis immunditie liberari, purgarique imperavit. Mandato celeritas adjuncta est, quodque 300^{is} 400^{isve} cumulatam est et congestum annis, tribus pæne aut quatuor unius diei horis, non quidem temerario aliquo insulsi grassantisque vulgi ausu, licentia et debacchandi aviditate, ut aliis quibusdam in locis factum esse constat: sed judicio atque autoritate summi legitimique ac Christiani Magistratus impete ac vehementia subversum est, et penitus diffilatum. Egesta rudera sunt, restitutaque in locum subsellia, quibus dulcissimo jucundissimoque conspectu, homines ut verbo vacent Dei, commodius insiderent. Et hæc quidem istic ita gesta sunt. Nam Bystruppensi phano paulo antea autoritas ac idolatriæ occasio adempta est. Ad hunc enim locum concursus quidam multorum clandestinus adhuc fuit, propter sanctimoniam famam, quæ istic ob servatas quasdam, ut ferebatur, sanguinis Dominici guttas, late increbuerat: interdictumque superstitiosis est, ne quid sibi ad eum locum commercii aut peregrinationis esse in posterum arbitrarentur. Horribilis autem gloriæ Christi prophanatio circa statuas sanctorum, et id genus alias impietatis formas instrumentaque in inclyto hoc Daniæ regno conspecta est: qualis iste ad Oppenrodensem Annam, Karuppensem Virginem Matrem, Severinum Ryensem, Eobanum Gynderuppensem, et multiplex assiduusque alio concursus fuit: idque in ipsa tantum Chersoneso: ut nihil de aliis Regni partibus locisque eo nomine pene famosis addam, in quibus non minor equidem stultitia, verum audacia paullo major inter religiosos istos ac præpostere sanctos visa est: de quibus

¹⁾ Ved denne Tidsbestemmelse har Gram sat et NB. i Randen.

alius nobis ad dicendum est constitutus locus. At vero idolorum istorum jampridem et auctoritas conciderat, et adeundi libertas consuetudoque nostratibus est interdicta, Christiani, pii Regis zelo jussioneque ac voluntate, qui ut persuaderi miserorum errantiumque animis ex verbo Dei sedula sapienteque Pastorum opera mandaverat, ita quibusdam in locis clam auferri statuas, aliis palam dejici confringique ita jussit, ut ipso inspectante judicanteque populo, rei et appareret fucus, et persuasionis vanitas pluribus tum præsentibus omnino deprehenderetur. Hæc ratio doctrinæ Evangelicæ plurimum auxit cursum, et summam Pontificii regni auctoritatisque opinionem sustulit ac labefactavit, etc.

Postea declamationis filum ulterius ac fusius, pro more, deducens:

Aut quid Italiæ cervicibus Turcorum induxit enses? Idolatria, contemptus Filii, et horribilis licentia flagitiorum, quæ nec nominari honeste possunt, et atrociter puniri oportere, Christo vindice assertum est, et late comprobatum. Sed hac de re diligenter ex inclyta Basilea scripsi ad illustrem et magnificum Dominum Priorem Ordinis Johannitarum in Clarissima Melitensi insula ante annos pene sex, cum eo Christophorus N. Antverpianus, vir honestus certe et bonus experiundi causa proficisceretur. Exposui autem causas potentiæ et progressus Turcici: quem, quod hactenus inclyti Ordinis Milites fortissime repulerint profligarintque, singulare gratiæ erga se Dei argumentum agnoscerent: eoque nomine Deo se obligatos scirent. Hortatus sum, ut militiæ juramenti ac victoriarum finem, non erroris atque idolatriæ propagationem, sed doctrinæ Apostolicæ, quam istic loci Paulus Apostolus aliquando de gratia Dei ac gratuita peccatorum remissione per fidem in Mediatorem Christum voce miraculisque sparserat ac confirmarat, incrementum ac confirmationem esse existimarent. Eo animo conatuque præsentiam Dei salutarem paternamque sensuros esse: cum et conscientiæ libertas adjuvaret manum: et felicem consilio Christus expediret hostesque illa in Filium Dei fiducia, non virium aut opis humanæ

præsumtio subverteret ac debilitaret. De victoria recens parta gratulari multos: plures equidem, ut simili inposterum successu victoriarumque utantur bono, votis omnibus optare et petere. Sed de gentium aliarum idolatria nihil nobis est inpræsentiarum amplius dicendum. In nostris regnis acta res sedulo est a Christiano: qui et statuas, ut dixi, tolli subruique jussit, et interdicti Monasteriis majoribus prophanitatem: quibus legendi cantandique etc. etc.

Derefter er i Grams Afskrift indført følgende Smaannotitser.

1554. eodem tempore Rex Daniæ D. Christiernus remisit ac clementer restituit omnibus ruralibus presbyteris et parochis tributum collectum et perlatum Coldingia. Exegerat enim a singulis Pastoribus senos daleros.

1555. D. Avo Bilde, reverendus pater, olim Cancellarius Regum Johannis et Christierni, ac tandem Episcopus Arusiensis, in domino obdormivit, in monasterio Skowkloster, inter quartam et quintam pomeridianam. Eodem anno Romæ extinctus est M. Johannes Blacchus Canonicus Roschildensis, vir præclaræ eruditionis.

1556. hoc in tempore migravit ex hac miseria et mortali vita in beatam et immortalem vitam eximius et præclarus vir Doctor Bernhardus Frisius, Regiæ Majestatis Legatus et Decanus Roschildensis, estque sepultus Rostochii. Eodem anno in festo Divi Mauritii deposuerunt Canonici Roschildenses suas choreales vestes, ex mandato Regiæ Majestatis, relatore Andrea Barby, Cancellario Germanico. Anno deinde a Christo nato videlicet 1557 obdormivit in Domino Reverendus vir et magnæ prudentiæ ac pietatis nec non sagacitatis Canonicus Roschildensis M. Johannes Laurentii.
